





Cr. 15. num. 40.

24. DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**VSVRIS VSVRARVM**  
**LICITIS,**

1726, 13 34

QVAM  
IN PERANTIQA HIERANA VNIVERSITATE  
RECTORE MAGNIFICO  
REVERENDISSIMO ET PER-ILLVSTRI DOMINO,  
DOMINO

**CHRISTOPHORO IGNATIO**  
**DE GVDENVS,**

EPISCOPO ANEMORIENSI,

EMINENTISS. ARCHI-EPISC. ET PRINC. ELECT. MOGVNT. IN PONTIFICALIBVS  
VICARIO GENERALI, AC CONSIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFFRAGANEO  
ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN. ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN. CAPIT.  
ET SCHOLAST. HVJVSQVE VNIVERSITATIS PRO-CANCELLARIO,  
ET REL.

CONSENSV ILLVSTRIS FCTORVM ORDINIS  
PRÆSIDE

**DN. D. TOB. JAC. REINHARDT,**

SACR. PALAT. CÆS. COM. FACVLT. JURID. ASSESSORE, PAND. P. P. ORD.  
NEC NON CIVITAT. STNDICO,

**PRO LICENTIA**

SVMMOS IN VTROQVE JURE HONORES ET GRADVM  
DOCTORALEM RITE AC LEGITIME  
CAPESSENDI

P. 448


HORIS LOCOQVE CONSVETIS

DIE XIX. AVGVSTI A. M DCC XXVI.

BRVDITORVM CENSVRÆ EXPONIT

**CHRISTIANVS Sebmann/ Jütrebocensis,**  
Advoc. Offitiens

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



DISSERTATIO IURIDICA IN AGRARIIS

DE

VSURIJS VSURIARVM

LICITIS

IN PONTIFICIA AGRARIA UNIVERSITATE

RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI JOSEPHI DE WETTER

DOMINO

CHRISTOPHORO IGNIATIO

TOTTENSIANO DE GARDENIS

PH.D. IURIS ET HISTORIAE DOCTORI  
AC AGRARIAE UNIVERSITATIS  
RECTORI MAGNIFICI  
FRANCISCO JOSEPHO DE WETTER  
IN PONTIFICIA AGRARIA  
UNIVERSITATE  
RECTORIS MAGNIFICI  
FRANCISCI JOSEPHI DE WETTER  
FRONTISPICIUM

CONSILII AGRARIAE UNIVERSITATIS ORDINIS

PRÆSIDE

DR. DICTOR. JAC. REINHARDT.

PROFESSORIS AGRARIAE UNIVERSITATIS  
AC AGRARIAE UNIVERSITATIS  
RECTORIS MAGNIFICI  
FRANCISCI JOSEPHI DE WETTER

PROFICENTIA

STIMULOS IN UTROQUE IURE HONORES ET GRADUM

DOCTORALEM RITE AC LEGITIME


CÆSARINDE

HABERE TITULUM ET HONORARIUM

AD AGRARIAM UNIVERSITATEM

CHRISTIANVS SCHMANNIUS  
ADVOC. ORDINIS

AGRICOLÆ, TYPE GROSCHNANIS AGR. TYPE



VIRO  
PERQVAM NOBILISSIMO ATOVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
D. JOANNI HENRICO  
HOEPNERO,  
JCTO,  
HÆREDITARIO IN ALTOSCHAZ,  
POTENTISSIMO REGI POL. ET ELECT. SAX. A CON-  
SILIIS-COMMISSIONVM ET PRÆFACTO PRÆFE-  
CTVRÆ OSSITIENSIS MERITISSIMO,  
PATRONO SVO ÆTERNVM  
VENERANDO,

DISSERTATIONEM HANC SVAM INAVGVRALEM  
EA QVA PAR EST ANIMI  
OBSERVANTIA

D. D. D.

AVTOR.

VIRO  
PERSONAM NOTISSIMO ATQUE EXCELENTISSIMO  
DOMINO  
D. JOHANNI HENRICO

HOFMEISTERO  
Icto  
HEREDITARIO IN ALTOSCHAZ

POTENTISSIMO REGI POL. ET ELECT. SAX. A CON-  
SILII COMMISSIONUM ET PRAEFECTO PRAEF.  
CIVIS OSSINGENSIS MERITISSIMO  
PATRONO SVO AETERNUM  
VENERANDO

DISSERTATIONEM HANC SVAM INVICEM  
EA QVA PAR EST ANIMI  
OBSERVANTIA

1711  
A V T O R





## CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Introitus exhibet ansam de materia proposita scribendi, cumque allegatis rationibus demonstrat finem.

§. I. Odium & scditatem Usurarum generaliter describit, simulque penas primarias in Usurarios statutas, exprimit.

§. II. De viridi observantia harum penarum loquitur, & Praejudicium adducit.

§. III. Exceptiones aliquas supeditat, annexo iterum praedicio.

§. IV. Transito sit ad Usuras Usurarum, exponitur quid sit Anacisimus ejusque prohibitio omni modo, describitur.

§. V. Tractat questionem ubi Juramenti relaxatio petenda, an in foro seculari an Ecclesiastico, cum Praedicio.

§. VI. Non tamen omnes Usuras illicitas esse explanat, & illud ex Jure Naturae, Divino, Civili,

Canonico & Germanico breviter demonstrat.

§. VII. Descriptionem Usurae tradit.

§. VIII. Regulam, quando etiam Usura Usurarum licite, proponit, simulque contrarias opiniones refutat.

§. IX. In refutatione pergit.

§. X. Personas quarum intuitu Materia de Usuris Usurarum licitis imprimis se exserit recenset.

§. XI. Quinque hic provenientes Casus proponit.

§. XII. Primum Casum, si nempe sors elocata non sit, annexo Praedicio tractat.

§. XIII. Secundum Casum, si usurae a tutore debitore sint soluta.

§. XIV. Tertium Casum, si non soluta, ventilat.

§. XV. Objectiones quasdam contra tertium Casum refutat.

A 3

§. XVI.

- §. XVI. Dubium aliquod, in Tu- §. XIX. Priora adducta, brevissi-  
tore proximo herede proponit, mis in unum redigit.  
§. XVII. In quartum Casum, si §. XX. Objectiones quasdam re-  
Usura a tertio debitore sit so- solvit.  
luta inquirat.  
§. XVIII. Quintum Casum, si non §. XXI. Cause cur prolixiori de-  
sit soluta annexo Prajudicio ductione opus non sit, recensentur, & dissertationi sunt impo-  
examinat. nitur.

CONSPICUUS DISERTATIONIS

B. C. D.

## INTROITVS



Quidem mihi, de *Usuris Usur-  
rarum licitis* disserturo, igno-  
tum non est, de *Usuris* tam  
in genere, quam in Specie de  
Anatocismo, Scripta, nostris,  
& superioribus temporibus,  
in lucem prodiisse; Supervacaneus itaque for-  
te cuidam noster hic labor in pertractatione hu-  
jus Materiae ulteriori posset videri; At enim ve-  
ro, cum quantum ego scio, Materia de *Usuris*  
*Usurarum licitis* nullibi primario sit agitata, illa  
autem non raro in *Judiciis* eveniat, usumque  
suum in dies maxime praebet, cumque in praesenti  
themate multa controversa, quae pro *Cathedra*  
oppugnando, & defendendo ventilari  
po-



poterunt, contineantur, finis rei obtineatur. Operæ pretium omnino duxi, in pettractanda illa, operam navare; Fiat ergo pro ingenii modulo, & ut Deus cœptis nostris clementissime adsit, precor.

§. I.

**M**Axime odiosa res sunt usuræ, ita, ut exclamare de illis: O pessima bestia omni aspide nocentior, utinam sane aut nunquam fuisses, aut saltem in florentes ac bene administratas res publicas nunquam irrepfisses, natura te quasi sterces evo-muit, avaritia te monstrum suscepit, immanis cupiditas te pestem multarum Civitatum auxit, & e-nutrivit! apud CARPZOVIVM *Pr. Crim. P. II. Qu. XCII. n. 13.* non dubitatum fuerit, & multi Principes ac nationes Usurarios, quos inter fures prædones & latrones retulerunt ex civitatibus, Regnis, & provinciis suis, expulerunt, gravesque in eos pœnas, inter quas Jure Canonico amissio Juris testandi, *Cap. 2. de Usur. in 6to. denegatio S. Coenæ & sepulturæ honestæ d. C. 2. C. 3. X. eod. Clem. I. de sepult. Jure Civili Infamia L. 20. C. ex quib. caus. inf. irrog. Jure Sax. Elect. in super amissio integræ sortis, Rescript. Elect. de anno 1625.* primarium locum obtinet, statuerunt.

§. II.

Et sic omnino se res habet, arrodit enim usura ut vermiculus ligni de die in diem quasi medullas omnium facultatum, donec tandem totum devoret, quod

quod habet proximus in Patrimonio COLER. de Proc. Exec. P. I. C. IX. n. 40. nec est, quod de viridi observantia harum poenarum dubitemus, praxis quotidiana id fati evincit, & SCABINATVS LIPSIENSIS, cum quis singulis hebdomatibus, pro singulo Imperiali mutuo dato, loco Usurarum Unum numum, cum tamen, ut ex sequentibus patebit, quincunces tantum Usuræ sint permissæ, accepisset, *Mens. Dec. 1724.* adhuc pronunciavit: So ist er dieses gestandenen Wuchers halber, nach Anleitung des Churfürstl. Sächsl. gnädigsten Mandats vom 28. April des 1625ten Jahres vor ehrlöß, und anruchtig zu achten, und hierüber 4. Wochen lang mit Gefängniß, oder um 4. neue Schock zu bestraffen, sowohl zu Abstattung derer, auf diesen Process gewendeten Unkosten anzuhalten.

## §. III.

Negandum tamen non est, circumstantias, uti in aliis, ita & hic, variare rem, sic, cum ille contra sententiam istam defensione usus esset, & imprimis urgeret, se Usuras hæc non stipulatum, sed eas sibi ultro promissas & datas, simulque ex Actis apparet, sortem ad breve tempus mutuo datam præfrito insuper juramento se nunquam alias usuras illicitas stipulatum fuisse, nec acceptasse, SCABINATVS VITTEBERGENSIS, sententiam mutavit, & pronunciavit:

Daß gestallten Sachen nach, und in Ansehung, daß die geliehenen 12. Thlr. auf eine kurze Zeit dargeliehen worden, auch, daß Inquisit N. N. usuras illicitas pacificiret, aus denen Acten nicht

er

erscheinet, und daß er sonst niemahlen übermäßige Zinsen nicht gefordert, noch angenommen, durch den Reinigungszyd erhalten hat, gedachter N. N. vor ehelos, und anruchtig nicht zuachten, mit der erkannten übrigen Straffe aber, ist er billig zubelegen, auch die gesamten Unkosten zu bezahlen schuldig.

Et MANDATVM REGIO ELECT. SAXONICVM de dato 7. Jan. 1724. contra debitores ob inopiam ad incitas redactos (Bauqueroutier Mandat) emanatum, rigorem dictarum pœnarum, certis casibus maxime temperat, nec desunt casus, ut in Usuris Dotalitii, ubi Quadruplicatae permittuntur, CARPZ. P. II. Conf. XLII. Def. 2. it. in Contractu Mohatra, & Vitalitio, simulac Montibus pietatis, ubi numerus statutus Usurarum Quincuncium non adeo observatur, interim tantum est exceptio & manet regula.

§. IV.

Posito hoc, nemo inficias ibit, Usuras Usurarum, multo magis esse detestandas & puniendas, & ideo factum, quod Crimen hoc nomine *Anatocismi* (ex Græco *ἀνάτοκος*, vicissim, rursus, & *τόκος*, quod partum significat, descendens) qui in *Separatum*, quando super Usuris debitis, tanquam nova sorte Chirographum conficitur, & *con-junctum*, quando Usuræ sorti principali immiscentur, eamque augment, dividitur, veniens, & quo Usura rursus exigitur ob Usuras non solutas in L. 28. C. de Usuris L. 27. de re jud. & L. 26. ff. §. 1. de Condit. indeb. severissime sit prohibitum, adeo, ut quamvis etiam jurato promissæ sint Usuræ Usurarum, tamen non peti

B

aut

aut exigi possint, imo & exactæ atque solutæ recte  
 condicantur *d. L. 1. ff. de Cond. ind. & L. placuit, 29. de  
 Usur.* Quamvis enim verum, Pacta regulariter esse  
 servanda, *L. 1. ff. de Pact.* multo magis, si juramento cor-  
 roborata, cum omne juramentum, quod ex parte ju-  
 rantis sine detrimento Salutis æternæ impleri potest,  
 servandum, *C. Quamvis de Pact. in 6to. & Usuras solvere  
 peccatum non sit, ut notat. Glossa fin. ad Cap. Debitores  
 de Jurejur.* Attamen, cum jus publicum privatorum  
 pactis inmutari nequeat, *L. 38. ff. de Pact. & Legibus  
 prohibentibus renunciari non possit, nec juramen-  
 tum, si actus absolute prohibitus, ullas habeat vires,  
 L. 5. C. de LL. L. 7. §. 16. de Pact. C. 12. X. de foro com-  
 petente, pactum hocce licet aliter STRYK. de Cautel. Con-  
 tr. Sect. 1. C. V. §. 17. sentire videatur, in se evanescit, &  
 nullius erit momenti, ita, ut relaxatione juramenti ne  
 quidem opus esse putemus, quia interim est res con-  
 scientiæ, illi, cui forte contingit, ut relaxationem petat  
 vel non, merito est relinquendum.*

§. V.

Quæritur hac occasione: Si quis relaxationem  
 talis juramenti petere velit, ubi id faciendum, an in  
 foro Ecclesiastico an Seculari? Verum est cognitio-  
 nem Usurariæ pravitatis, secundum Jus Canonicum,  
*C. 20. X. de jurejur.* utriusque esse fori, & ex hoc Prin-  
 cipio statuere minime dubitamus, ibi, ubi lis agitur,  
 relaxationem esse petendam; At vero in terris Prote-  
 stantium plerisque cognitio de Usuris ad Judicem secu-  
 larem privative pertinet, & ideo ibi etiam relaxatio-  
 nem juramenti ut quis petat, necesse est. Interim  
 eam

eam minime amplectimur opinionem, ac si Judex inferior secularis, relaxationem juramenti concedere possit. Sed illud omnino est Jurisdictionis eminentioris, & per Superiorem, qui territorialem habet Jurisdictionem, aut superiora ejus Collegia Secularia, uti in aliis juramentis, in rebus coram Judiciis secularibus ventilatis, fieri debet, sic REGIMEN REGIO ELECTORALE SAXONICVM NOMINE REGIS CLEMENTISSIMI, hoc in anno duabus personis quæ certo juramento a Judicio quodam inferiori obstricti fuerant, illud verbis sequentibus:

Im übrigen N. N. daß er von N. N. und seinem Ehe-Weibe welchen wir, die wieder unsere Rescripta geleistete eydliche Caution hiermit erlassen, und von dem præstirten Eyde befrehet, etwas weiter nicht fordern solle, bedeuten.

relaxavit.

§. VI.

Abstinet autem, ut, quæ hactenus de Usuris in genere, cum tantum mordentes intelligendæ, dicta, ad omnes omnino Usuras sint applicandæ, & indistincte ille qui Usuras percipit, pro Usurario habendus; Dantur Usuræ etiam moderatæ & a LL. approbatæ, quæ summa nituntur æquitate, nihil enim humanæ naturæ convenientius, quam pro beneficio gratiam referre, damnumque alterius compensare, accedit, quod ejusmodi Usuris nec sacrae Literæ obstant, & omnia, quæ exinde in contrarium adducuntur, dum particulares & forenses Leges sint, & ad genium statumque Populi Judaici maxime accommodatæ, aut minimum de immoderatis tantum Usuris accipiendæ, assertum

nostrum, insuper probe inter regulas amoris & Justi distingventes, haud stringant, & L. 26. C. de Usuris ad quam ZIGLER. de Jure Maj. L. 1. C. 44. th. 3. videri potest, it. L. 3. C. eod. eæ non solum tolerentur, sed & approbentur, & licet Jure Canonico C. 10. § 18. X. de Usur. C. 1. de Usur. in 6to. & Clem. un. de Us. res adeo liquida non videatur, tamen non negandum, se ibidem in Sacris Literis fundari, ergo & hi textus ferent interpretationem supra allegatam; Jure Germanico resest indubitata, & per RECESS. IMPERII de anno 1500. 1539. 1548. & 1577. Quincunces exigere Usuras licitum, sicque hæ Usuræ omni Jure sunt licitæ, & is demum dicitur Usurarius, ac fœenerator, qui ultra legitimum hunc Usurarum modum ullo modo, vel colore aliquid a debitore extorquet. CARPZ. Pr. Cr. P. II. Qu. XCII. n. 21. §. VII.

Est autem Usura nobis arg. L. 58. ad Scf. Trebell. nihil aliud, quam Merces pro Usu pecuniæ, & licet vocula Merces, si strictum Jus consideretur, locationem conductionem sapiat, & solvatur tantum pro Usu rei non fungibilis quæ Usû non absûmitur, STRUV. Exerc. 27. th. 49. Attamen si comparative & analogice, uti hic fit, verbum merces accipiatur, nihil erit monendum, & in re, cum utraque pars ex æquo damnum & lucrum participant, probe convenimus, siquidem & TREVTL. Vol. 2. Dissp. 3. th. 1. HAHN ad WESEMBEC. Tit. de Usuris & BÖHMERS Introd. in Jus Digest. b. Tit. Usuram mercedem nominare, nulli dubitaverint.

§. VIII.

Hiscæ, quod ante omnia erat faciendum, disculis,

sis, progredimur ad scopum nostrum, & ponimus Regulam: QUOTIES PERSONA DEBITORIS MUTATUR, USURÆ QUE SORTIS NATURAM VERE ADSCISCUNT, TOTIES ET USURÆ USURARVM SVNT LICITÆ AC PRÆSTANDÆ. Scio equidem alioquin tantum mutationem debitoris requiri, sed meo quidem Judicio hæc positio illud, quod debebat, non exhaurit; Mutationem autem Creditoris, quam alii admittunt, nihil ad rem facere, nec facere posse, ut nos putamus, non est quod dubitemus. Si enim in Creditoris potestate situm, usuras ex voluntate in fortem redigere, debitores certe miserimæ sunt Conditionis & L. 26. C. de Usuris est sine Effectu.

§. IX.

Diximus tunc demum *Usuras Usurarum* licitas esse; Si persona debitoris mutatur, & Usuræ sortis naturam vere adsciscunt; Non enim sufficit, ut antea dictum, sola mutatio debitoris, alias & fidejussor Usuras Usurarum præstare obstrictus esset, quod tamen, nequaquam procedit; Est enim fidejussio accessio debiti principalis. L. 4. §. 5. L. 23. C. de fidejuss. L. 1. §. 8. de Obl. & Act. in Accessione autem non plus esse potest quam in re principali §. 5. F. de fidej. Sed in super requiritur ut Usuræ sortis naturam adsciscant. CARPZOV. Pr. Cr. P. II. Qu. XCII. no. 82. alias per indirectum avaris Creditoribus omnino via, ad Usurarum Usuras, in dicta L. famosa 28. C. de Usur. prohibitas, quærendas, & exigendas strueretur, id quod tamen servata regula nostra, evitari poterit.

§. X.

Exserit autem se Materia de *Usuris Usurarum licitis*  
 B 3 præ-

præcipue intuitu PUPILLORVM, MINORVM, ET EORVM, QVI  
*Arg. Tit. de in integr. rest. X. ILLIS ÆQUIPARANTVR, VT-  
 POTE ECCLESIA RV M, quæ quidem loco voculæ Usuræ,  
 verbum Interesse, quod tamen hoc loco reipsa, & in  
 effectu nihil aliud est, quam Usura, amant, CARPZOV.  
 Jurr. Consist. Lib. II. Defin. 319. Tit. 20. no. 15. & FISCI, ita,  
 ut Tutor, Curator, aut Procurator sec. L. 7. §. 12. L. 58.  
 §. 1. ff. de adm. est per. tut. Usuras Usurarum, in pecu-  
 nia pupillari, Minoris, Ecclesiæ, aut Fisci præstare de-  
 beat. Quemadmodum autem ratione Pupilli & Mi-  
 noris, quia quod in Tutoribus scriptum est, & in Cura-  
 toribus observandum L. 3. §. 5. de adm. & per. tut. ma-  
 nifestæ LL. supra allegatæ adsint; Ita Procurator Ec-  
 clesiæ aut Fisci, non habet quod objiciat, imo melioris  
 est conditionis ac Tutor, hunc enim gratis officium  
 suum præstare oportet, cum tamen Procuratoribus Ec-  
 clesiæ & Fisci Salarium constitui soleat, ergo si in se-  
 quentibus nobis sermo erit de Tutoribus, etiam Procu-  
 ratores Ecclesiarum & Fisci intelligimus.*

§. XI.

Probe nunc sunt considerandi V. hic provenientes  
 casus

- I. Si fors a Tutore elocata non sit, sed apud  
 eum remanserit.
- II. Si Tutor ipse sit debitor & propter Usum  
 fortis Usuras debeat, debitoque tempore  
 solvat.
- III. Si Tutor sit Debitor, & propter usum for-  
 tis,



tis Usuras debeat, sed debito tempore non solvat.

IV. Si Tertius sit debitor, & Tutor usuras ex sorte, debito tempore exigat, &

V. Si Tertius sit Debitor, Tutor autem Usuras debito tempore non exigat.

§. XII.

QVOD IGITUR I. ATTINET, certi Juris est, Tutores pecuniam pupillarem vel in prædiorum emtionem elocare, vel licito fœnori & lucro exponere teneri, *L. 7. §. 3. & 7. L. 13. §. 1. L. 15. ff. de admin. & per. Tut.* Si ergo hoc non faciant, sed negligant, ad Usuras præstandas *arg. d. L. 7. 13. & 15.* procul dubio sunt obstricti, quo supposito, quid in Casu nostro Juris? quæritur. Et Tutorem etiam Usuras Usurarum recte præstare oportere omnino nobis affirmandum videtur, *LL. enim 7. §. 12. 10. 33. & 49. Loc. cit.* nostro quidem Judicio rem decidunt, & favore Pupillorum Usuræ præstandæ *arg. L. 58. d. l. in sortem redactæ* æstimantur, qua de re ad §. XVIII. ubi de his pluribus dicitur, provocamus; Interim id, quod affirmamus, non simpliciter est intelligendum, sed si Tutor idoneam occasionem sortem elocandi, aut prædia emendi, non invenit, excusandus utique est *L. 12. §. ult. de adm. & per. tut.* & Pupillus qui eo contentus esse detrectat, Tutorem facultatem idoneam elocandæ pecuniæ, aut prædii emendi habuisse probare tenetur, *CARPZ. P. II. C. XI. d. 23.* & hunc in modum SCABINATUS LIPSIENSIS Anno præterlapso Mens. Nov. licet ea, quæ BRVNNEM. ductu *L. fin. C. de Usuris Pupill. Cent. 1. dec. 81.*

ratio-

ratione omiffæ Judicialis Proteftationis, & oblationis ad obfignationem, habet, urgerem, fequentibus pronuntiavit:

Im übrigen ift zufförderft Kläger, daß der verftorbene N. N. die den erften Maji 1716. empfangene 250. fl. eher, als von ihm gefchehen, ingleichen daß er das sub no. 4. erwähnte Capital derer 50. fl. eher als den II. Septembr. 1723. ausleihen können, in Sächf. Frist zu erweifen fchuldig.

§. XIII.

AFFIRMATIVA AD II. indubitati est Juris, cum enim *Jux. L. 7. §. 12. ff. de adm. & per. tut. acceptæ Usuræ* revera sint Sors, & Tutori, uti in §. proxime anteriori deductum, incumbat, ut eam elocet, neque ei permittendum, ut lucrum ex Tutela faciat *L. 58. in Pr. l. c. nihil obstat*, quo minus ad præstationem Usurarum ex hisce Usuris fit adigendus; Et sic omnino est, accedimus ergo

§. XIV.

AD III. & FVNDAMENTI loco ponimus, *Tutorem arg. L. 9. §. 7. de adm. & per. tut. duplicem personam, nempe ALTERAM PUPILLI VT CREDITORIS, ALTERAM PROPRIAM VT DEBITORIS representare*, eumque sua sponte quotannis Usuras exigere, & in rationibus retentas, inter accepta referre debere, ita ut brevi quasi manu denuo in Sortem Pupillorum redactæ æstimandæ, *L. 9. §. 4. d. l. L. 38. ff. de neg. gest. CARPZ. P. 2. C. 2. d. 2. ponimus porro Tutorem non minus teneri de neglectis, quam de male gestis, L. 1. §. tot. Tit. C. Si Tut. vel Cur. non gess. juncta L. 58. in pr. ff. de adm. & per. tut. ubi ut antea monuimus diser-*

disertis verbis Tutorem ex tutela lucrum facere non debere sancitum, & rebus sic stantibus cum BRVNNEM. Cent. I. Dec. 73. & MENCKEN. Tract. Synopt. Pand. ad Tit. de Usuris omnino statuimus, quod Tutorem, & in hoc casu, Usuras Usurarum præstare oporteat, exinde sequitur, Tutorem ad Usuras Usurarum etiam hoc in Casu teneri, si vel ipse ante tutelam susceptam fuit debitor Patris Pupilli, & Usuras debitas non solvit, cum parvi referat, utrum Tutor sortem Pupillarem an vero Usuras penes se retineat, & in suos Usus convertat BERLICH. P. II. Dec. 268. no. 19.

§. XV.

Objiciunt quidem, videndum esse imprimis, num tutor aliquid fecerit, quod pro actu solutionis æstimandum, nec ne, & illo casu admittunt quidem, tutorem ad præstationem usurarum ex Usuris, esse adigendum, sed non in hoc; At cum illud absque sufficienti Juris autoritate, & contra LL. supra allegatas, præcipue contra L. 7. §. 12. & L. 58. §. 1. de adm. & per. tur. nimirum usuræ dum a Tutore non solvuntur, vere in Usum ejus convertuntur, & magis hoc loco est non solvere, quam id facere, cum Tutor si velit, ut §. XII. dictum posteriori casu, pupillum eo adigi possit, ut probare teneatur, Tutorem idoneam facultatem elocandi habuisse, id quod autem solutione non facta minime opus est, fieri nobis videatur, istam sententiam nostram non facimus, imputet sibi potius Tutor quod Usuras in rationibus quotannis reddendis, uti debuisset, inter accepta non retulerit, interim Pupillo hoc præjudicare contra expressam L. 58. in pr. d. l. nequit, & si aliud

C

si aliud concedere vellemus, Tutor cum damno Pupilli locupletaretur, quod autem contra Jura aperta.

§. XVI.

In hoc interim aliquid dubii superesse putamus, num Tutor casu nostro, simul hæres proximus pupillo existens, si Usuras inter accepta quotannis non referat, tamen Usuras Usurarum præstare debeat? Notum est Jure Saxonico, quando idem & hæres & Tutor est pupilli, non teneri quotannis rationem reddere administratæ tutelæ, *Land-Recht, Art. 23. L. 1.* ex quo colligere licet, ergo nec usuras in rationibus inter accepta referre, ergo nec Usuras Usurarum præstare potest; Quia tamen finita tutela Pupillo rationes administratæ tutela reddere eum oportet, *CARPZ. P. II. C. XI. D. 3.* nobis quidem, nec hic præstationem Usurarum ex Usuris detrectare firmiter posse vel exinde affirmandum videtur, quia nemo cum damno alterius fieri debet locupletior, & cessante causa, cessat effectus interim res adeo liquida non est, & eam rectius Sentientium Judicio relinquimus.

§. XVII.

IV. CASU NON ERIT dubium quin hic Usuras Usurarum præstare Tutor debeat, *L. 7. §. 12. L. 58. §. 1. ff. de adm. & per. tut. CARPZ. P. 1. C. 28. D. 172. n. 5. & P. 2. C. 30. Def. 30.* ut adeo, cum nemo *Dd.* in contrariam sententiam abeat, nec ob claros textus, abire possit, brevissimis acquiescamus, & nos.

§. XVIII.

ADV. VERTAMVS. *CARPZOVIVS* equidem *Pr. Cr. P. II. Qu. XCII. n. 85. ii. P. 2. c. 30. D. 31.* & alii statuunt, tutorem

rem ad præstandas Usurarum Usuras non teneri, si a debitore Usuras non acceperit, licet ex negligentia non petierit, quia hoc casu mutatio personæ non esset facta. At enim vero, cum factio Tutoris morosi persona debitoris mutari potuisset, ad debuisset *L. 7. C. Arbitr. tut.* & tutor, ut antea dictum non minus teneatur de neglectis quam de male gestis, *L. 1. Et 101. Tit. C. Si Tut. vel Curat. non gess.* damnumque quod ex Cessatione exactio- nis accidit Pupillo, Tutor præstare debeat *L. 2. C. Arbitr. tut.* sequitur omnino, & personam debitoris, & usuras, in Sortem favore Pupillorum esse mutatas, Tutor- emque Usurarum Usuras recte præstare debere, sequi- tur porro, Tutorem, qui sortem secure non elocat, si debitor postea propter inopiam eam restituere non possit, ad restitutionem esse obstrictum; Ita etiam SCA- BINATVS LIPSIENSIS Mens. NOV. 1725. Verbis

Dasß des beschehenen Vorwendens ungeachtet, Bekk- diejenigen 50. Fl. so von dem ehemahligen linderischen Vormunde N. N. Cajó geliehen worden, benebst denen rückständigen Zinsen, fals der Unmündige N. N. in besagten Cajó Concurß mit solchen Capital und Zinsen, zur Perception nicht gelangen solte, in Ansehung der, vom dem Verstorbenen N. N. begangnen Negligenz, und daß er Cajó, welcher doch Grundstücken besessen, das Geld auf einen blossen Wechsel-Brief, und da noch ein Creditor concurrirret, ohne renunciation des be- neficii Divisionis gegeben, nicht weniger von denen fol. 8. in Rest angegebenen Zinsen derer 17. Fl. 8. Gl. 8. Pf. 15. Gl. 9. Pf. 2. Fl. 10. Gl. 6. Pf. und 35. Fl. wie- derum Zins, weil er solchen bey der Verfall-Zeit wie- sich doch gebühret hätte, nicht eingetrieben, sondern sol- che aufwachsen lassen, und nicht wieder zu Capital ge- macht, sowohl die disfalls verursachten Unkosten, als, zu bezahlen schuldig.

pronunciavit, & ista sententia in rem Judicaram transit; Interim hoc, uti in reliquis Casibus, amplius non procedit, quam durante adhuc minorennitate, si enim Minor Major est effectus ejusmodi Usuræ statim cessant BERLICH. P. II. D. 268. n. 21. & licet extraneus usuras pupillares debito tempore non solvat, nequaquam tamen Usuras Usurarum præstare debet, CARPZ. P. 2. C. 30. D. 30.

§. XIX.

Ex dictis igitur apparebit, quando Usuræ Usurarum præstandæ, ut opus esse non putemus, plura proferre, omnia enim quæ in hac Materia adduci solent exempla, Regula nostræ conveniunt, necne, sin prius, nullum erit dubium quin Usuræ Usurarum præstari debeant, sin autem posterius, illa exempla merito sunt rejicienda, nec Usuræ Usurarum præstandæ.

§. XX.

Sed nobis quis forte objiciet, & in annuis Reditibus Usuras recte exigi, nec minus fidejussorem qui pro debitore sortem & usuras solvit usurarum solutarum Usuras, jure postulare, cum tamen persona debitoris non mutetur; At enim vero annui Reditus non sunt accessio Sortis, sed ipsa Sors, merx sc. vendita, adeoque non minus debitum principale, venditionis, ac qualibet res, quæ mercis nomine in venditionem venit; Certi autem juris est, venditorem ex mora Usuras debere, cum sit Contractus bonæ fidei, ergo Objectio illa in præsentem nihil omnino ad rem facit, & fidejussor ratione sui, Usuras non solvit ut Usuras, sed ut Sortem, ergo & totius sortis Usuræ ei denegari non poterunt, Salva Regula nostra.

§. XXI.

Et hæc loco Speciminis Inauguralis sufficiant. Equidem non diffitemur, per multas insuper circumstantias ad illustrandam Materiam adhuc adduci potuisse, sed cum ad rem ipsam nihil faciant, & ut nos putamus per antea ad & deducta tantum, quantum pro instituti ratione fieri debuit, factum, finem labori nostro imponimus, & Deo Trium pro concessis viribus, grates persolvimus maximas.

F I N I S.

Erfurt, Diss., 1725-26

X 235 5902







24. DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
VSVRIS VSVRARVM  
LICITIS,

QVAM  
IN PERANTIQA HIERANA VNIVERSITATE  
RECTORE MAGNIFICO

REVERENDISSIMO ET PER-ILLVSTRI DOMINO,  
DOMINO

CHRISTOPHORO IGNATIO  
DE GVDENVS,

EPISCOPO ANEMORIENSI,

EMINENTISS. ARCHI-EPISC. ET PRINC. ELECT. MOGVNT. IN PONTIFICALIBVS  
VICARIO GENERALI, AC CONSIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFFRAGANEO  
ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN. ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN. CAPIT.  
ET SCHOLAST. HVJVSQVE VNIVERSITATIS PRO-CANCELLARIO,  
ET REL.

CONSENSV ILLVSTRIS FACTORVM ORDINIS  
PRÆSIDE

DN. D. TOB. JAC. REINHARDT,

SACR. PALAT. CÆS. COM. FACVLT. JURID. ASSESSORE, PAND. P. P. ORD.  
NEC NON CIVITAT. SYNDICO,

PRO LICENTIA

P. 448  
SYMOS IN VTROQVE JURE HONORES ET GRADVM  
DOCTORALEM RITE AC LEGITIME  
CAPESSENDI

HORIS LOCOQVE CONSVETIS

DIE XIX. AVGVSTI A. M DCC XXVI.

BRVDITORVM CENSVRÆ EXPONIT

CHRISTIANVS *Sehmann* *Fitrebocensis*,  
Advoc. Offitienf.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Cr. 15. num. 40.

1726, 13 34